



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. I. De interna Christi locutione, ad animam fidelem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45760)

THOMÆ A KEMPIS
CANONICI REGVLARIS
.Ordinis S. AVGVSTINI
DE IMITATIONE
CHRISTI
LIBERI TERTIVS.

De interna consolatione.

CAPVT I.

*De interna Christi locutione, ad
animam fidelem.*

Psal. 84



V D I A M , quid loquatur
in me Dominus Deus .
Beata anima, quę Dominū
in se loquentem audit : &
de ore eius , consolationis verbum ac-
cipit . Beatæ aures , quæ venas diuini
susurri suscipiunt , & de mundi huius
susurrationibus nihil aduertunt . Beatæ
planè aures , quæ non vocem foris so-
nantem , sed intùs auscultant veritatem
docentem . Beati oculi , qui exteriori-
bus

1 Reg. 3

Mat. 13

DE IMIT. CHRISTI LIB. III. 103
bus clausi, interioribus autem sunt in-
tenti. Beati, qui interna penetrant, &
ad capienda arcana cælestia, magis ac
magis, per quotidiana exercitia, se stu-
dent præparare. Beati, qui Deo vacare
gestiunt, & ab omni impedimento sæ-
culi, se exutiunt.

2 Animaduerte hæc anima mea, &
cluide sensualitatis tuæ ostia : vt possis *Ps. 84.*
audire, quid in te loquatur Dominus
Deus tuus. Hæc dicit dilectus tuus :
Salus tua ego sum, pax tua, & vita tua. *Ps. 34.*
Serua te apud me, & pacem inuenies.
Dimitte omnia transitoria, quære eter-
na. Quid sunt omnia temporalia, nisi
seductoria ? Et quid iuuant omnes
creatüræ, si fueris à creatore deserta ?
Omnibus ergo abdicatis, creatori tuo
te redde placitam ac fidelem, vt veram
valeas apprehendere beatitudinem.

C A P. II.

*Quod veritas intus loquitur sine
strepitu verborum.*

I LOQUERE Domine, quia audit1. Reg.
seruus tuus. Seruus tuus sum *Ps. 11.*
ego, da mihi intellectū, vt sciam testi-

E 4 monia